2040.

47. 6

# DE COMPENSATIONIBUS,

DISPUTATIO:

*Qvam*,

A. D. T. O. M.

*Ex permiſſu*

AMPLISS. JCTORUM ORDINIS,

*PRÆSIDE*

CL. ET CONSULTISS. VIRO,

DN. HENNINGO RENNEMANO, J. U. D. & PROFES. PUBL.

*PRÆCEPTORE ſuo devote colendo*,

*Disqviſitioni* ACADEMICÆ,

PUBLICÆ EXERCITATIONIS GRATIA,

ſubjicit

JUSTUS BOCK, HILDESH. SAXO:

ERFURTI,

IN AULA JCTORUM,

*XIII. AUG. HORA VI. ANTEMER.*

ANNO SALUT.

CIƆ IƆ CVI.

*Ex Officina Piſtoriana. 1606.*

Diss. jur. civ.
98,26
1.283.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/1
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

AMPLISSIMO, & PRUDENTISSIMO VIRO,

DN. CHRISTOPHORO MEIER, REIPUBL. HILDESHEIMÆ CONSULI DIGNISSIMO.

DN. FAUTORI, AC PATRONO SUO INSIGNI

*Obſervantiæ ſymbolum*

Hanc diſputationem publicam

Offert
Dedicat

Juſtus Bock.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# THESIS I.

COmpenſatio *a* eſt, Modeſtino *b* definiente, debiti & crediti *c* inter ſe *d* contributio *e*. De cujus cavſſis *f* primum eam conſtituentibus: effectis poſt agendum.

a) *A penſare: unde & penſatio penſitatio pro penſato dicta: adpellatione ſumta à primis temporib. qvib. cum gentes ære gravi uterentur in ſolutionib. ideo adpendebant, non numerabant Don. 16. Com. 15. in pr. ex Feſto: id qvod planum ſit quoq; ex Gen. c. 23. v. 15. & 16. ex Inſt. Caj. lib. 2. tit. 6. §. 1. J. teſt. ord. Liv. CCCLXV. ab* U. C. *Rei fœdiſsimæ per ſe adjecta indignitas eſt: pondera à Gallis adlata iniqua &c. & pavllo poſt: per altercationem nondum avro omni adpenſo Dictator intervenit, &c. Hinc penſare vel compenſare ICtis eſt ſolvere: & compenſatio ipſo jure pro ſoluto habetur: l. 4. C. comp. l. 54. ſolut. l. amplius. 15. rem. rat. hab. l. 4. qvi pot. in pig. l. 20. §. 2. ſtat. lib. l. 19. lib. cavſſ. Menoch. 2. præſ. 48. n. 35. Maſc. prob. concl. 334. n. 2. Zang. de Exc. p. 3. c. 6. n. 1.* b) *in l. 1. hic. qvem ſeqvuntur: Don. d. c. 15. Zang. d. c. 6. n. 4. Old. de exc. p. 104. Gœd. in l. deduſe. 97. V. S. n. 2. Borch. tr. de comp. c. 1. n. 2. Dd. in §. in bonæ fidei. 30. J. act.* c) *cujus reqviſita habet th. 8.* d) *qvæ de debito & credito accipit Borch. d. tr. c. 1. n. 13. Diſſ. Accur. & Minſ. in d. §. 30. n. 3.* e) *i. e. crediti ad debitum collatio: ita ut alter ab altero in tamtum liberetur, qvamtum utrimq; debetur: l. 2. l. 21. hic l. 4. C. eod. Confundi enim vel contribui dicuntur debita cum creditis tum; cum obligationes utrimq; tolluntur: l. 7. C. pact. idq; indiſcretim: l. 4. §. 5. 6. 7. &c. ad L. Falc. Don ad tit. C. de comp. in pr. n. 2. Borch. d. c. 1. n. 14. qvamvis aliqvando etiam differant: Zang. d. c. 6. n. 6.* f) *Ideo qvod in ſingulis inſit aliqvid, cur invito aliquando actore admittatur: vel reo invito repudictur. Don. d. c. 15. Illam enim qvæ inter conſentientes peragitur, & ſemper admittitur: Schneid. in d. §. 30. n. 55. & ſeq. ex eo qvod qvilibet jus pro ſe introductum contemnere qveat l. 46. in fin. pact. l. pen. C. eod l. 41. minor: hic deſcribere non eſt animus.*

II. Cavſſarum aliæ remotæ ſunt: propinqvæ ſunt aliæ. Remotæ jura tum naturalia *a* tum civilia *b*. Propinqvæ



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſunt perſonæ, ex juſta cavſſa, rem debitam, juſto modo *c*, ad invicem compenſari flagitantes.

a) *Unde originem ſuam traxit. Natura enim æqvum eſt: ut noſtra potius non ſolvamus, qvam ſoluta repetamus:* Old. *d.l. pag.*103. *indeq; neceſſaria dicitur eſſe. l.*3. *hic l.*15 *.pr.fidejuſſ.l.fin.*C *in qvib.cavs.reſt.in int. immo nil tam naturæ eſt conveniens: qvam ut jure utamur eodem:tot tit.*D *ꝗ qviq; jur.* Old. *de act.cl.*1*.act.*1*.& firmiſſimum civilis concordiæ fundamentum pronunciatur à Veſ. in par. de leg. n.*6. *Id qvod fiet: ſi, qvi ſibi ſatisfieri cupit: id qvod viciſſim debet, præſtet: vel potius apud debitorem, eundemq; creditorem ſuum permanere ſinat: præcipue cum non niſi dolo malo poſtulet: qvod mox redditurus erat: c.dolo.*59*.reg.jur.in* 6*.l.*8*.l* 12*.l.*2*.§.*5*.dol.exc.l.*173 *§.*3*.l.*167*. reg.jur.l.*35*. verb.obl.Dyn.in d.c.*59 *Veſ.in par.hic.n.*3. b) *Qvibus hoc compenſationi datum: ut vires inter cives obtineat. Celſ. Barg. de dol. lib.* 6*. c.*15*. n.*4*. Ideo, ꝗ per hanc & pluralitas litium: qvæ ex litib. naſci non debent:* Gœd *ad l.*47*.* V*.*S*.n.*1*.ſed officio prætoris minui: l.*21*.in fin.ſi cert.pet. moleſtia judiciorum & ſumtuum; qvi inanes eſſe prohibentur in l.*1*.inoff.teſt. evitentur: ſecundum l.ſi cujus.*13*.§. æqviſſimum. uſufr. Schn.d.l.n.*8*. & ꝗ hoc pacto plurib. alioqvin expediendum ꝑ pavciora fiat: arg.l.*39*.§.*2*.*C*.adpell.l.*10*.*C*.jud. l.*1*.qvod met.l.*6*.exc.rei jud.Veſ.d.l.n.*3*.Minſ.in d.§.*30*.n.*10. *Unde etiamnum viget, & ex Conſt.* D. *Avg.El.p.*1*.conſt.*8*.in foro etiam Sax. Zang. d.l.n.*35. c) *Qvæ ſi concurrant hic omnes: in ea demum eſt cavſſa compenſationis æqvitas: ut qvod invicem debetur, per eam tollatur.Don.d.c.*15*.Zang.d.c.*6*.n.*8.

III. Perſonæ *a* hic ſunt: creditor *b* agens, cui compenſatio objicitur: & debitor *c* conventus, qvi compenſare paratus eſt: qvivis *d* contra qvemvis invicem *e* ſibi *f* obligatum.

a) *l.*2*.l.*3*.l.*9*.in pr.& §.*1*.l.*4*.l.*5*.l.*15*.hic: l.*5*. l.*8*.l.*7 *&c.* C. *eod. Don. ad l* 4 C*.hic n.*1*.&* 2 *& in d.c.*15*.lib.*16*.com.* b) *Cui ex qvacunq; cavſſa debetur, qvantitas vel alia rei fungibilis: l.*4*.*C*.hic l.*11*.l.*12*. hic. ab eo, cui ejjusmodi rem debet. Borch.de comp.c.*1*.n.*10*. Minſ. in d. §.* 30*. n.* 18*. ſeq. Don.ib.& d.c.*15*.& in d.l.*4*.*C*.hic n.*3. c) *à qvo pecunia petitur: l.* 2*. hic Don. d.l.* 4*. n.*1*. Qvi cum & is, qvem exulare ll. media capitis deminutione plexum juſſerunt, eſſe poſſit: qvin, ſi modo utiliter judicio convenitur, qvod vult. Gail.*2 *de pac.pub.*11*.compenſationis æqvitate uti qveat, non dubitamus Sebaſt. Med. tr. de comp.p.*2*.q.*3*.Licet n. tum per jura Juſtin.l.ſi qvi.*5*.§.*1*. pub.jud.l.amiſſione* 5*.l.*6*.l.*7*.l.*8*. cap.dem.avth.item nulla* C*.ep. & cler.Zaſ. in ap.adv.Ecc.n.*15*.Gail.*2*.pac.pub.* 12*. n.*1*. & ſeqq. Cl.Dn. Preſ. Pr. meus*

*devote*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/4 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

*devote colend. Juriſp. Juſt p.1. diſp.5. th.51. tum etiam per Conſt. pac. publ. & Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2. ubi:* Daß alle Verſchreibungen/ Pflicht vnd Bündtnüß jhne zuſtehend/ vnd darauff ſie Spruch vnd Föderunge haben möchten/ gegen den jenigen/ die jhnen verhafft weren/ todt vnd ab ſeyn ſollen/ *ſtatuitur: qva in civitate & familia jura habuit, amiſerit: atq; ideo legitimam ſtandi in judicio perſonam à parte creditoris non habeat: tamen cum ea, qvæ juris ſunt naturalis, ſalva illi atq; intacta maneant: c. cum inter. 2. except. & nullo unqvam jure civili perimi poſſint: l. 8. cap. min. l. 2. in fin. uſuf. ear. rer. l. 8. reg. jur. §. 11. J. jur. N. G. C. Gail. d. c. 12. n. 11. & ſeqq. Vult. in com. J. de jur. nat. gent. §. 11. n. 6. compenſare prohibendus non eſt. Diſſ. Fab. & Mud. in d. §. 30. n. 14. Carol. de Graſſ. tr. de Exc. c. 4. n. 34.* d) *Publicam ſuſtineat perſonam: ut Fiſcus vel Reſpub. l. ult. l. 12. hic. l. 1. l. 3. C. eod. l. 46. §. 1. jur. fiſc. Borch. d. tr. c. 5. n. 1. an privatam: l. 2. hic. l. 12. C. eod. nil intereſt. Don. d. c. 15. Zang. d. c. 6. n. 10.* e) *l. invicem. 12. l. 2. l. 11. C. hic. l. 12. D. eod. alieni enim debiti non fit compenſatio l. 16. hic. l. 9. C. eod. Zaſ. in d. §. 30. n. 23. & ſeq. Duar. de comp. c. 1. Donel. d. c. 15. neq; etiam creditor compenſare cogitur, qvod alii, qvam debitori ſuo debet: qvamvis creditor ejjus pro eo, qvi convenitur ob debitum proprium velit compenſare: qvam in dubio relinqvit Zaſ. d. l. n. 24. vid. l. 18. §. 1. hic. Mud. d. lo. n. 8. Minſ. ibid. n. 4. Schneid. ib. n. 48. & Corras. n. 4. Qvamvis ſolvere qvis pro debitore, etiam inſcio: imo & invito non prohibeatur. l. ſolvere 53. l. 40. l. 23. ſolut. l. 39. negoc. geſt. ubi Gothof. in pr. J. qvib. mod. tol. obl. ubi Vult. n. 12. & ſeqq. Zang. d. p. 3. c. 1. n. 25. & ſeqq. Donel. in l. 5. C. ſolut. n. 2. Obſt. l. 8. §. 3. neg. geſt. l. 69. reg. jur. ubi vid. P. Fabr. n. 8. & ſeq.* f) *Per fundamenta lit. e adſcripta. Atq; ex eo eſſe ducimus: qvod compenſatio non ſit, ſi non eadem ſtatio, qvæ petit, qvid debeat. l. 1. C. hic: ubi ſtatio pro procuratione rerum fiſcalium accipi debet Don. d. c. 15. Cuj. ad l. 1. C. ne fiſ. rem qvam vend. Borch. d. c. 5. n. 3. vid. Gothof. in d. l. 1. lit. f. Nec ſi Imper. qvid Reip. alicui ex mutuo debeat, qvæ multæ nomine fiſco tantumdem præſtare obligata eſt. fiſcus cogatur compenſare. d. l. ejjus. 9. C. hic. Neq; ſi ex duobus heredibus unus, cujjus ego ſim debitor, me pulſet: ut, qvod ab altero mihi debetur, compenſem. l. 16. in pr. l. 18. §. 1. hic. Duar. d. c. 1. nec ſi à tutore ꝙ mihi debet exigam, is mihi qvod pupilli nomine debeo, objiciat: vel contra: l. pen. hic. Don. d. c. 15. Zang. d. c. 6. n. 19. Car. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 40.*

IV. Aliqvando tamē id, qvod alii debetur, ab alio compenſatur: ratione ſcilicet vel obligationis, vel perſonæ cōjunctæ a-



Qvales

Qvales ſunt fidejusſores, *b* procuratores *c*, ſocii *d*, parentes, domini, *e* & tutores, *f* inter qvos tutela diviſa eſt.

a) *Duar. de comp. c. 1. verſ. ſunt avtem aliqvi pag. 995.* b) *Omnes enim exceptiones, qvæ reo, competunt etiam fidejusſori: vel invito qvoq; reo l. 19. exc. l. 32. l. ult. pact. l. 32. l. 15. l. 49. fidej. l. 9. §. 3. S.C. Mac. Zang. d. tr. p. 3. c. ult. n. 59. & ſeqq. Indeq; ſive qvod ſibi à creditore principalis ſui debetur compenſare velit: l. 5. hic, ſive etiam qvod reo: d. l. 5. & l. 4. hic, avdiendus eſt: Old. act. div. c. 18. cum hoc caſu magis ipſe reus principalis conveniri videatur d. l. 32. part. §. 4. J. repl. l. 29. arbit. & per hoc ipſemet etiam compenſare Don. ad d. l. 9. n. 7. Duar. d. c. 1. Mud. d. §. 30. n. 9. Zang. d. c. 6. n. 11. Car. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 33. & ſeq. ſive ſolvendo ſit reus: ſive non. Zang. d. l. n. 14. Diſſ. S. Med. p. 2. q. 4. n. 6.* c) *Sive is ſit, qvi mandatu domini aliena negocia adminiſtrat: l. 1. proc. Veſ. in par. ib. n. 2. Huic enim defenſio domini incumbit: l. 33. §. 3. & 4. procur. qvam præſtiterit ſi eandem viem, qvam dominus ſubierit: l. 81. §. 1. l. 35. §. 3. eod. id eſt, debitorem domini ſui compenſare adigat: etiam de rato non cavendo: l. 21. hic. Zang. d. l. n. 17. ſive etiam is, qvi in rem ſuam conſtitutus dicitur. l. 34. proc. ceſſionarius Scha. in leg. creditor, Rebuff. de priv. ſchol. 177. dominus: reipſa ſcilicet & effectu: qvia actiones utiles ſuo commodo intendit & ſuo periculo: l. 55. proc. l. 13. §. 1. pact. l. C. 9. proc. Don. ad l. 9. C. hic. n. 6. Mud. de act. emt. & vend. c. de mora ult. n. 13. Zang. p. 3. c. 4. n. 19. Veluti ſi actiones vel nomen ceſſum ſit: qvo caſu locupletem debitorem præſtare non tenetur venditor l. 4. & ſeqq. her. vel act. vend. Hinc ergo ſi vice mutua conveniatur: æqvitate compenſationis utetur: non modo poſt litem conteſtatam: l. 18. in pr. hic: ſed & ante. Don. d. l. 9. n. 6. Cujac. 24. obſ. 37. Pavl. de Caſt. in d. l. 18. Duar. d. c. 1. in fin. Diſſ. Zang. d. c. 6. n. 17. In tantum: ut, qvæ deleganti vel cedenti opponi potuerunt exceptiones: huic non obſtent per l. 12. l. 19. novat. l. 34. proc. Zang. d. p. 3. c. 4. n. 24. & ſeqq. Mud. in d. §. 30. n. 10. Diſſ. Dyn. in c. 15. qvi. 46. reg. jur. in 6. n. 16. & ſeqq. Dd. in add. ad eundem ſub lit. L & M. Carol. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 29. & ſeqq.* d) *per l. 10. duob. reis. l. 25. pr. pact: ideo, qvod qvæ ſunt ſocii mei mea dicantur: & contra. l. 1. fin. l. 2. l. 3. pr. pro ſoc. Don. in d. l. 9. n. 8. Zang. d. c. 6. n. 18. Gœd. ad tit. V. O. c. 12. conc. 9. n. 82.* e) *Non ſine cavſſa: Jure enim qvod filius contraxit, perinde habetur: q. pater contraxiſſet: indeq; patri obligatio adqviritur: l. ult. ſtip. ſerv. l. 9. hic: idem in ſervis jus eſt: l. 19. hic l. 1. §. 1. & t. t. pecul. §. 7. §. 8. §. 10. J. act. t. t. J. qvod cum eo qvi in al. l. 29. rel. cred.*

Qvod

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/6 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*Qvod ſi igitur filius contrahat: ex qvo poſtmodum conveniatur: ſi de rato caverit, q; patri debetur: compenſat l. 9. §. 1. hic. Et contra ſi pater ex contractu filii agat: id qvod filius debet, compenſare rectè cogitur d. l. 9. in pr. Et admittitur aliquando ultra vires peculii: nempe ſi juſſerit contrahere. l. 1. qvod juſſ. d. l. 9. in pr aliqvando peculii fini ſi nil juſſerit: § 4. J. qvod cum eo: l. 19. hic Old. act. div. 18. c. pag. 278. & in tantum: qvantum in rem patris verſum probatur l. 1. in pr. rem verſ. Zang. d. c. 6. n. 16.* f) *Cujusmodi caſus in l. 36. adm. tut. proponitur. Et merito ibi, qvod compenſationi locus ſit deciditur: cum uterq; pupilli negocia adminiſtret: Duar. d. c. 1. Don. d. c. 13. obſt. l. 1. C. hic.*

V. Obligatio iſtæc mutua, cavſſam *a* præſupponit, ex qva debeatur: ita, ut vel ad retentionem *b* debiti proſit convento: vel actionem *c* eidem, qva, qvod ſibi invicem debetur, exigere *d* poſſit, ſuppeditet. Qvæ, ſive bonæ fidei: ſive ſtricti juris *e* ſit: ſive etiam in perſonam *f* concepta: ſive in rem *g*: ex Juſt. Conſt. in L. ult. C. comp. nihil intereſſe ſtatuimus.

a) *Seu negocium qvoddam externum: factumve hominis. §. ult. J. obl. Vult. Jurisp. Rom. 1. cap. 26. n. 26. ſine cavſſa enim nihil deberi poteſt, l. 25. §. ult. l. 2. § 3. dol. exc. Don. d. §. 30. n. 8.* b) *ſi nempe ſola naturali ſubfulta ſit æqvitate: tunc enim actionem, qvæ juris civilis eſt, l. 2. §. 6. orig. jur. l. 1. §. 1. ſuperf. Jaſ. & Gail. 2. pac. pub. 12. n. 2 non producit. l. 127. V. O. l. 95. §. naturalis. l. 5. §. 2. ſolut. l. 7. §. 4. pact. Boc. cl. 1. diſp. 2. th. 15. ſed tamen inter alios hunc effectum civilem habet: ut qvod exinde debetur, compenſari poſſit: l. 6. hic. Corr. in d. § 30. n. 5. Mud. ib. n. 19. Duar. d. c. 1. Marant. in Spe. avr. diſt. 6. n. 3. part. 4. Ad qvodcunq; debitum. d. l. 6. Diſſ. Car. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 45. F. Crem. ſing. 117.* c) *Qvamcunq;: ſive actionis nomine proprie veniat: ſive improprie: veluti ex interdicto vel ſtipulatione prætoria: vid. l. actionis. 37. obl. & act. l. 15. l. 10. §. ult. hic. Don. d. c. 15.* d) *l. 108. V. S. Si enim actio, qvam producit perimi poſſit: hic non attenditur: nec qvod per eam petitur, compenſatur: l. 14. hic l. 60. cond. ind. Borch. c. 1. n. 20. & ſeqq. Duar. d. c. 1. Zang. d. l. n. 22.* e) *In qvib. olim non admittebatur Duar. d. c. 1. Poſtmodum tamen Conſt. D. Marc. per oppoſitam doli mali exceptionem: d. §. 3. J. act. l. 78. her. inſt. l. 22. ad L. Falc. l. 6. exc. dol. qva controverſiam Ictorum de modo opponendi hanc exceptionem, ſublatam putat poſt Don. in d. §.*

*Vult*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/7
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Vult. ib. n. 3. Donec tandem, non multo poſt tempore, communi ICtorum calculo receptum ſit etiam in ſtricti juris judiciis hanc ipſo jure locum habere debere: qꝫ confirmatum conſt. Inper. in l. 4. & 6. C. hic & p Juſt. in d. l. ult. C. hic. Cujac. 8. obſ. 16. & 15. obſ. 12. Vult. d. l. n. 4. & 5. f) Etiam ante Juſtin. Zang. d. c. 6. n. 37. Cujac. 8. obſ. 16. & 15. obſ. 12. Vult. in d. §. 30. n. 5. d. l. ult. C. hic: ex omni contractu l. 4. l. 11. l. 12. hic Schneid. d. l. n. 13. & ſeqq. ut ex emto: Dyn. in c. is qvi n. 17. reg. jur. in 6. donatione inter virum & uxorem: l. 7. §. 3. eo tit. obſt. l. 32. §. 9. eod. emphyteutico S. Medic. p. 2. q. 15. n. 3. ex qvaſi contr. ut ex teſtamento: l. 5. C. hic Med. d. l. n. 8. conteſtatione judiciali. l. 8. C. hic Gothof. in d. l. ult. C. hic. delicto: l. 10. §. 2. hic: vel qvaſi: d. l. 10. §. 2. l. 15. hic Duar. d. c. 1. Don. Schneid. d. §. 30. n. 29. Dummodo de eo pecuniarie agatur d. l. 10. §. 2. In publicis enim judiciis non admittitur comp. l. 2. §. 4. l. 13. §. 5. ad L. Jul. de adul. cum non relatione criminum: ſed innocentia ſeſe reus purgare Conſt. teneatur: l. 5. in pr. pub. jud. d. l. 2. §. 5. adult. Veſ. in par. hic n. 4. Don. d. c. 15. Schneid. d. §. n. 22. Pecuniarie vero tum agimus; qvando pœnam nobis applicari petimus: non fisco l. 21. injur. §. 7. J. eod. ubi Dd. Gail. 1. obſ. 65. n. 1. Minſ. 2. obſ. 98. n. 3. & n. 20. Hart. ab Epp. obſ. tit. 49. obſ. 3. n. 1. etiam in caſu legis: lege 25. §. fin. ad SC. Syll. Zang. d. c. 6. n. 28. & 29. g) d. §. in bonæ fidei 30. J. act. d. l. ult. C. hic c. bona fides. 2. depos. idqꝫ jure Juſt. novo Don. in d. §. 30. n. 16. Schneid. ib. & Dd. communiter.

VI. Qvod tamen ad eas non pertinet cavſſas: qvibus hoc jure veteri *a* denegatum: cum jure Juſtin. hasce qvod attinet, nihil correctum *b* ſit. Hujjusmodi vero ſunt reſpectu qvarumvis *c* perſonarum, ex qva depoſiti *d*, & momenti *e* datur actio; non etiam *f* ex qva commodati *g* & dotis *h* agitur.

a) *Ulp. in l. 11. dep. Pavll. lib. 2. ſent. 12. Revard. 1. var. c. 11. Vult. in d. §. 30. n. 6. & ſeqq. Borch. d. tr. c. 4. n. 27.* b) *Ideoqꝫ veturum LL. & Conſt. regulis hoc in caſu ſtandum: arg. l. 32. §. fin. C. adpell. Mol. de uſur. n 58. Don. ad l. ult. C. hic n. 3.* c) *Etiam fisci vel Reip. propter generalem d. l. ult. Conſt.* d) *d. l. 11. dep. d. l. ult. C. hic d. §. 30. l pen. C. dep. Pavll. d. l. l 6. C. rei vind. Depoſitum enim eſt optimæ fidei. l. 1. in pr. §. 4. §. 23. l. 28. fin. depos. Veſ. ib. in par. n. 15. Fach. 1. contr. 7. Borch. d. tr. c. 4. n. 28. Et deponendo contrahimus fiduciam amicitiæ Minſ. d. l. n. 5. Cujus natura hoc exigit: ut illud ipſum, l. 1. §. 1. Q. & A. §. 3. J. qvib. mod. re contr. qvod cuſtodiæ ſaltim cavſſa datum,*

qvandocunqꝫ

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/8
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*qvandocunq; libuerit deponenti, confeſtim reddatur. l. 1. §. 45. l. ult. dep. Don. in d. §. 30. n. 10. Zang. d. c. 6. n. 40. Boc. cl. 1. disp. 11. th. 25. Etiamſi ab utraq; parte qvidpiam fuerit depoſitum: vel pecunia: ut ea utatur depoſitarius l. 27. dep. depoſita ſit d. c. bonaf. 2. depos. Jaſ. in d. §. 30. n. 10. Schneid. d. l. n. 50. l. pen. C. depos, ubi Don. n. 7. obſt. l. 128. ubi Gothof. l. 9. §. 3. in fin. reg. jur. l. 11. §. 6. min. Nulla namq; depoſitario competit: qvæ compenſationem, deductionem, dolive mali reſpiciat: exceptio d. l. pen. C. depoſ. ubi Don. n. 5. & seqq. Zang. d. c. 6. n. 40. cum, ſi qvid illius nomine debetur, contraria dep. perſeqvi poſſit. Incivilis n. alienæ rei eſt retentio, ubi talis competit p. actio. l. 10. C. art. tut. Hotom. 1. amic. 21. Diſſ. Gl. in d. l. pen. l. 23. l. 12. depos. l. 18. §. ult. comm. Mud. d. l. n. 3. Minſ. ib. n. 4. ubi de Com. op. teſt. Gothof. in not. ad Schn. d. l. n. 50. lit. a. licet ſola debeatur æſtimatio Don. d. l. pen. n. 5.* e) *l. 8. C. an. vi. Bor. d. c. 4. n. 31. d. l. ult. C. hic. c. fin. ord. cogn. ubi gl. Nulla enim, hoc judicio conventus ſe tueri poteſt, exceptione, cum ſpoliatus ante omnia reſtituendus: §. recuperandæ. 6. J. inter. l. 8. C. und. vi. ubi Don. l. 1. §. 30. l. 14. vi & vi. c. 5. cum 2. ſeqq. reſt. ſpol. l. 7. C. ad L. Jul. de vi. Soc. reg. 466. E. Soar. theſ. rec. ſent: lit. S. n. 150. Zas. in d. §. 30. n. 27. Men. rem. 1. recup. poſſ. n. 215. Gail. 2. obſ. 75. n. 2. & ſeqq. obſ. 76. Don. 15. com. 31. p. 473. Vis enim ſola eſt, qvæ illi poſſeſſ. rei dedit: Don. in d. §. 30. n. 10. qvam comprobare, contra bonos eſt mores: l. nihil 116. reg. jur. l. 11. §. 4. min. l. ult. C. in integr. Neq; ll. beneficio digni ſunt: qvi in eas impingunt.* f) *Exceptionem in caſibus non exceptis regulam confirmare certi juris eſt: l. 20. §. fin. mil. teſt. l. 12. §. idem 43. inſtr. & inſtrum. leg. l. 4. in fin. pen. l. 63. in fin. cond. & dem. Don. d. §. 30.* g) *l. 18. §. ult. comm. Vult. d. l. n. 8. Don. ib. n. 10. Zang. n. 41. obſt. vid. l. ult. C. commod. ubi non commendati ſed commodati legendum putamus. Forn. 2. ſelect. 14. Hotom. 1. amic. 21. Vult. d. lo. Diſſ. Cujac. lib. 2. ad ſent. Pavll. 12. §. fin. Borch. d. c. 4. n. 29.* h) *l. 7. §. 5. l. 15. §. 1. l. 24. §. 6. ſol. matr. l. 5. imp. in re dot. l. 6. C. comp. l. 1. rer. amot. Borch. cl. c. 4. n. 33. & ſeqq. Don. in d. l. 6. C. hic: n. 2. & ſeqq. Obſtat qvod dotis cavſſa ſit præcipua: l. 1. ſol. matr. Et l. un. §. ſed nec retentio. C. rei ux. act. & per eam Duar. ad d. l. 7. ſolut. matr. Balduin. in ſuo Juſt. p. 151.*

VII. Reipublicæ *a* vero, vel Fisci *b* cavſſæ *c* ſeqventes: I. Si qvid debeatur ex penſitationibus *d* publicis: veluti ex cavſſa, vectigalium *e* tributorum *f* ſtipendiorum. II. Ex cavſſa annonaria *g*: III. ex Calendario *h*: IV. Ratione alimento-

mentorum *i*: V. Si qvis debitor ſit ejjus pecuniæ, qvæ ſtatutis *k* ſumtibus, ſervit: VI. Fideicommiſsi *l* civitatis: VII. Ex pretio rei venditæ à Republ. *m*.

a) *Cujjus nomine venit hic civitas qvælibet: l. 3. in fin. C. hic l. 30. C. decur. l. 5. C. ſer. fug. Don. d. c. 15. Zang. d. l. n. 10. Alc. in l. 15. n. 2. & l. 17. n 2. V. S. Qvamvis non niſi improprie l. eum. 16. V. S. ubi Gœd.* b) *Ex harum una agenti: non ſolum qvæ in l. 46. §. 5 jur. fisc. expreſſa ſunt: ſed & reliqvis: tum qvod potior debeat haberi ratio fisci: qvam Reipub. alicujjus: l. 1. §. 3 & 4. ad. ed. tum qꝫ utrobiq; eadem ratio: Don. d. c. 15: tum deniq; qvod Reip. Rom. ærarium, hodie fisci adpellatione indigitetur. Cl. Dns. Præſes. Pr. meus meritiſſ. p. jur. juſt. 2. disp. 2. th. 11. lit. c.* c) *In l. 3. C. hic. & l. 46. §. 5. nominatim traditæ. Qvibus cur hoc, ut una vel altera harum munito fisco, invicem debiti compenſatio non poſsit obponi; tributum ſit, pulcre explicat Don. d. c. 15. v. qvod attinet & p. ſeqq. Zang. d. c. 6. n. 10. Borch. d. tr. c. 5.* d) *Ex eo ſic dictæ: qvod non ſtatim implentur: ſed ſemper pendent. Schard. in lex: ſuntq; beneficium, neceſsitate qvadam juris, Magiſtratui flagitanti, publicæ utilitatis gratia offerendum: Cl. Dns. Pr. d. p. 1. disp. 7. th. 6. & 7.* e) *Cujus nomine qvæ veniant tradit l. 17. de V. S. & ib. Alc. Gœd. n. 8. l. 5. l. 6. l. ult. C. vectig. Zang. d. c. 6. n. 10. Borch. d. c. 5. n. 6. Bocer. cl. 3. disp. 2. th. 11.* f) *Qvæ licet aliqvando ut genus & ſpecies ab invicem differre potuerint: l. 7. §. hactenus publ. in rem act. l. 13. imp. in rem dot. Boc. d. disp. th. 9. hodie tamen: ſublata inter fiscum & ærarium differentia vid. ſup. lit. b. & hic nulla: Cujac. 7. obſ. 3.* g) *d. l. 46. §. 5. jur. fis. d. l. 3. C. hic. ib. neq; ex frumenti vel olei publici: l. 20. comp. ibi ob negoc. cop. Id qvod de annona publica intelligi debet; per dd. ll. non etiam de ea, qvam adulitatis (1. largitionis rerum edalium Duar. 1. disc. c. 26. Donel d. c. 15. Duſ. Cujac. 2. obſ. 23. Gothof. in not. ad d. l. 20. lit. g.) tempore donationis cavſſa, civibus, publice Princeps tribuit: l. 17. hic. Schneid. d. §. 30. n. 49. Don. d. l. Ex qva debet is, qvi mandata annonæ publicæ adminiſtratione fravdavit, annonam. Don. d. c. 15. & dicitur qvidqvid ad victum pertinet: l. 1. l. ult. ad L. Jul. ann. Cujac. tit. de ann. & trib. C. lib. 10.* h) *Eſt liber rationum, in qvo debitorum nomina ſcribebantur: l. pen. ſi cert. pet. & ibi Gothof l. 64. leg. 3. l. 34. §. 13. eod. l. 6. inſtr. fund. Fach. 4. contr. 19. Borch. d. tr. c. 5. n. 7. Alc. 2 parer. 23. hic pro pecunia fœneratitia in Calend. contenta; ponitur. Don. d. c. 15. & in d. l. 3. C. hic. n. 4. 5. 6. Zang. d. n. 10.* i) *d. l. 3. Qvæ Respubl. præſtat egentibus. Don. d. l. Zang. d. n. 10. aliter Borch. qvibus adnumeramus decimas: Tynd. de comp. art. 5. n. 33. S. Medic. p. 1. q. 24.*

k) d.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/10
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

k) d. l. 3. Deſtinata ad ſolvenda ſtipendia iis, qvi Reipub. operam navant: ſive togati ſint, ſive armati: Donel. d. c. 15. Zang. d. n. 10. aliter Borch. d. c. 3. n. 11. l) d. l. 3. Don Zang. Borch. d. l. n. 11. m) d. l. 46. §. 5. jur. fiſc. l. 7. C. hic.

IIX. Res penſanda *a*, eſt debitum *b*: Qvod hic eſt qvantitas *c*: id eſt, res fungibilis *d*, vel pecunia *e*, qvam ex dictarum cavſſarum una, pure *f*, deberi *g*, liqvido *h* conſtat.

a) ad eam videlicet, qvæ petitur. Don. d. l. 16. c. 15. b) diverſimode in jure, pro diverſis diverſarum cavſſarum figuris, latius vel ſtrictius, acceptum: qvod oſtendit Gœd. ad l. 10. n. 7. & l. 12. n. 2. verb. ſign. Vult. ad pr. J. qvi & ex qvib. cavs. man. Borch. d. tr. de comp. c. 1. n. 9. c) à pondere, numero, vel menſura, æſtimationem recipiens. Cl. Dns. Pr. d. diſp. 1. th. 23. p. 2. Schneid. in d. §. 30. n. 31. Et ea qvidem ſola: d. l. 4. l. 10. l. 11. hic. l. 4. C. eod. l. ſi convenerit. 18. pig. act. pulcre Don. in d. §. 30. n. 13. d. l. 16. c. 15. & ad tit. C. de comp. in l. 4. n. 3. & ſeqq. l. ult. n. 2. 3. Zas. Minſ. d. l. n. 18. & ſeqq. Vult. ib. n. fin. Zang. d. c. 6. n. 38. Soc. reg. 86. Borch. d. tr. c. 2. n. 1. & ſeqq. Tum qvod penſare ſit pecuniam ſolvere: Don. in d. §. n. 13. ſup. th. 1. lit. a. Tum qvod ſolutio omnis ita facienda ſit: ut creditor ſuum, & neq; plus neq; minus, conſeqvatur: id qvod præſtatione qvantitatis evenit: non etiam rei alterius. Adeo, ut, ſi qvidem qvantitas debeatur: alternative tamen: compenſatio non admittatur, niſi palam adverſarius dixiſſet: utrum voluiſſet l. 22. hic Minſ. d. l. n. 26. Borch. d. c. 2. n. 9. Zang. d. l. n. 37. & ſeqq. d) Ut ſunt frumentum, oleum, vinum, &c. l. 1. §. 6. & §. 7. ad L. Falc. l. 94. §. 1. ſolut. l. 1. cond. tritic. Gœd. in l. 4. V. S. n. 24. & ſeqq. Cujac. 13. obſ. 37. Borch. d. tr. c. 2. n. 6. Qvæ, ſi ejjusdem ſaltim ſint generis & bonitatis: l. 1. §. 2. l. 3. reb. cred. l. 16. l. ſeqq. C. ſolut. Pavll. lib. 2. ſent. tit. 5. Minſ. d. §. 30. n. 21. Schneid. ib. n. 30. Borch. d. tr. c. 2. n. 10. & ſeq. Boc. cl. 3. diſp. 19. th. 82. Tynd. art. 3. n. 7. compenſari poſſunt: cum earum datione in debitum creditumve eamus: d. l. 1. §. 2. reb. cred. Gœd. in l. 4. v. s. n. 25. e) qvæ licet κατ᾽ ἐξοχὴν qvantitas dicatur: cum per eam qvæcunq; poſſidemus, æſtimemus l. 88. verb. ſign. non tamen ſola hujjus nomine venit: d. l. 2. §. 1. reb. cred. Rob 3. ſent. 6. Vult. diſc. c. 10. Gœd. in d. l. 4. n. 25. Borch. d. lo. Diſ poſt Zas. Minſ. in d. §. 30. n. 19. & ſeq. Schneid. ib. n. 31. Donel. ad l. vinum. 22. reb. cred. f) Pure debetur id, qvod ſtatim exigi poteſt: l. liber. 118. §. 1. verb. obl. veluti ſi nulla diei vel conditionis mentione facta ſtipulanti promiſerit. §. omnis. 2. J. verb. obl. ſecus ſi factum: ut tunc illius debiti ante diei vel conditionis adventum nulla eſt actio:



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/11 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*l. cedere. 213. d. l. 118. §. 1. d. §. 2. J. verb. obl. ſic qvoq; ejusdem nulla eſt compenſatio: l. 7. hic. Boc. d. d. th. 75. Schneid. d. l. n. 45. ſeqq. Zang. d. c. n. 22. Veſ. in par. hic n. 6. Duar. d. c. 1. Diſſ. Fachin. 1. contr. 7. qvod tamen ad eos, qvibus humanitatis gratia tempus ad ſolvendum indultum eſt, non pertinet l. 16. §. hic. Don. d. c. 15.* g) *l. 1. l. 2. hic. Idq; ſemper: ſive ex ejjusmodi negocio: ex qvo qvantitas ſolum debetur: ut ex mutuo: d. l. 2. §. 1. reb. cred. ſive ex illo etiam facto: ex qvo, non, niſi re peremta, vel deteriorata, æſtimatio: ut ſi ex actione in rem: qvæ reſtitui neqvit: qvia vel dolo amiſſa: l. reſtituere. 68. l. 15. rei vind. l. in re. 8. cond. furt. vel deterior reddita: l. 1. §. 16. & §. 21. depos. l. 3. §. 2. l. 18. §. 1. comm. qvo caſu æſtimationem creditor rei petit: l. 46. & ſeq. rei vind. Atq; ita intelligendum eſt, qvod dicitur: debitum ex actione in rem compenſari poſſe: d. §. 30. d. l. ult. C. comp. &c. ſecundum communem à Dd. Don. d. l. 16 c. 15. & in d. §. 30. n. fin. Hotom. 1. amic. 21. in fin. Corr. in d. §. 30. n. 11. Zas. ib. n. 9. Minſ. ib. 22. Mud. ib. n. 22. Vult. n. 14. in fin. Zang. d. c. 6. n. 39. Borch. d. tr. c. 3. n. 1. 11. & alios: receptam ſententiam: qvæ cum certa ſemper fuerit: minime mutanda erit. l. 23. leg. l. 2. conſt. pr. l. 183. reg. jur. Diſſ. Duar. in l. 7. §. ob donationes. 5. ſol. mat.* h) *d. §. 30. d. l. ult. C. hic. c. bonaf. 2. depos. Zang. d. c. 6. n. 31. Old. de exc. p. 104. Car. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 41. ubi multos adlegat: jure Juſtin. novo: l. 6. C. hic. ubi. Donel. n. 6. in fin. Vult. in d. §. n. 9. Diſſ. Cuj. 8. obſ. 16. per l. 22. hic: ubi Gothof. lit. n. & l. 3. tut. & rat. diſtr. Borch. d. tr. c. 3. n. 3. Liqvido v. de debito conſtat: ſi cavſſa, ex qva debetur, jure aperto nitatur: d. l. ult. hic. ſcilicet, qvæ & juſta debendi eſt cavſſa: ut mutui, legati, &c. & vera i. vere præceſſit. Talem v. facit: vel adverſarii confeſſio: l. ſi qvidem. 9. C. exc. l. ult. C. qvib. ad lib. proc. Confeſſus enim in jure ut convictus condemnatur. c. 2. de confeſſ. l. 25. §. fin. ad L. Aqvil. l. 1. conf. l. 20. inoff. teſt. l. 2. C. caſt. & exh. reor. Gail. 2. obſ. 106. n. 2. Minſ. 5. obſ. 77. in fin. Maſc. de prob. vol. 1. concl. 348. n. 1. vel genus qvæſtionis: l. 32. uſur. Zang. d. l. n. 32. Don. d. l. ult. n. 6. vel facilis probatio: cujjusmodi eſt:* hodie conſtet de debito: *in l. 3. pr. ut in poſſ. leg. vel fid. Don. d. l. c. 15. verum id arbitrio judicis committendum, Menoch. 2. arb. jud. qvæſt. 16.*

IX. Hinc ergo res eæ, qvæ vel in facto *a* conſiſtunt: vel, ut corpora *b* ſpectantur: compenſationem non admittunt. Niſi earum nomine qvantitas deberi incipiat *c*.

*a) Qvæ functionem ſolutionis non recipiunt: l. 2. §. 7. eo qvod cert.*

*loc.*

*loc. id qvod ſumme hic requiritur; compenſatio enim pro ſolutione eſt: l. 4. & 5. D. hic qvam alieno facto non contingere certi juris eſt: l. 31. l. 98. §. 6. ſolut. l. 11. in fin. leg. 3. l. 39. §. fin. ſtat. lib. cum longa ſit inter artifices differentia: d. l. 31. ſolut. l. 12. leg. 3. l. 26. §. libertas. cond. ind.* Ne *item ficta vel imaginaria plus tribuatur ſolutioni: qvam vera: contra l. 54. l. 120. reg. jur. c. nemo. 79. eod. in 6. Don. in d. §. 30. n. 13. Minſ. d. l. 12. 18. Schneid. ib. n. 26.* b) *d. l. 4. C. hic: d. l. 18. pig. act. l. 22. hic.* Non *modo ſi ſpeciei vel corporis ad corpus vel ſpeciem: ut. fundi ad fundum: compenſatio petatur: hoc enim pacto permutare: §. 2. J. emt. vend: l. 1 rer. perm. Veſ. in par. ib. n. 10. cogeretur creditor: qvod fieri non debet: l. ſicut. 5. l. 8. C. obl. & act. l. 39. C. trans. l. 16. C. jur. delib. l. 11. l. 13. l. 14. C. contr. emt. Don. d. d. ll. Veſ. in par. hic n. 6. Tynd. S. Medic. Zang. d. l. n. 36. Mud. in d. §. 30. n. 23. Vult. ib. n. fin. Minſ. ib. n. 28. Sed & ſi ſpeciei ad qvantitatem vel contra: l. 5. imp. in res dot. l. 26. §. 4. cond. ind. Corr. d. §. 30. n. 11. eo n. modo aliud pro alio invito creditori ſolveretur: contra: l. 2. §. 1. reb. cred. l. ſi ſe. 4. §. 3. re jud. l. 21. §. fin. conſt. pec. l. 16. C. ſolut. Don. dd. ll. Zang. d. c. 6. n. 38. & ead. p. 3. c. 1. n. 58. & ſeqq. Minſ. d. §. n. 22. Borch. d. tr. c. 2. n. 10. & ſeqq. Marant. in ſpec. avr. p. 4. diſt. 6. n. 2. Diſſ. Duar. in d. l. fructus. 7. §. ſol. matr. & ad tit. D. comm. tit. 6. & de comp. d. c. 2. Qvod etiam vel in pecunia, qva non ut qvantitas: ſed corpus conſideratur. l. 37. verb. obl. l. 30. l. 50. l. 108. §. 10. leg. 1. obtinet. l. ſed ſi. 51. leg. 1. Tynd. art. 1. n. 9. de comp. Fachin 1. contr. 6. Zas. Mud. Minſ. d. §. 30. n. 27. Diſſ. Bartol. in l. cum fundus. 31. §. 1. reb. cred.* c) Ut, *ſi factum præſtare nolit promiſſor: tum enim id qvod intereſt, hoc eſt, pecunia numerata deberi incipit: l. 72. verſ. Celſus. l. 68. l. 112. §. 1. V. O. Zang. d. p. 3. c. 1. n. 69. ubi adlegat Gom. 2. var. reſ. 10. n. 22. Diſſ. Corr. 2. miſc. 3. Vasq. 25. qvæſt. illuſt. n. 33. Vel ſi qvid admiſerint invicem: unde debeatur: veluti ſi dolo qvis egerit: unde dolum cum dolo compenſari dicitur in l. 36. dol. l. fin. §. pen. eo per qvem fact. deliqverit: unde delictum cum delicto: l. l. 39. ſol. matr. unde etiam adulterium cum adulterio: c. pen. & ult. adult. & ſtup. c. 4. c. 5. divort. Zas. d. l. n. 26. Beuſt. de nupt. p. 2. c. 23. injuria verbales cum verbalib. Zang. d. lo. n. 42. Rom. relatus à Celſ. Barg. lib. 6. c. 15. n. 53. de dol. Diſſ. Spec. tit. de accuſatore §. 1. v. qvid ſi te latron. n. 11. Schneid. d. §. 30. n. 24. & ſeqq. Ipſo enim jure, compenſatione negligentia factas, qvi parem adhibuerunt ſocietati, liberantur: l. 10. hic.*

X. Modus opponendi compenſationem alius erat olim in ſtri-

in ſtrictis *a* judiciis: alius in bonæ fidei; hodie idem: cum ipſo jure *b* fiat compenſatio: modo reus ea uti volens *c* non ſolum in initio litis *d*: ſed & eo ipſo momento, qvo petitur rei judicatæ exſecutio, *e* illam opponat *a*.

a) *In qvibus non niſi oppoſita doli mali exceptione: d. §. 30. J. act. Borch. d. tr. c. 3. n. 5. vid. ſup. th. 5. admittebatur.* b) *d. §. 30. d. l. ult. C. hic. vid. infr. th. 11.* c) *l. 2. l. 4. hic. Zang. d. p. 3. c. 6. n. 3. ſi enim ſolvere, qvod debet, malit: & qvod ſibi debetur, rurſum exigere non prohibetur: cum qvilibet juri pro ſe introducto renunciare poſſit. l. pen. C. pact. Borch. d. c. 3. n. 19.* d) *ſi nempe debitum compenſandum forte non eſt liqvidum: d. l. ult. C. hic. Eo enim caſu, ſi compenſatione uti velit: ab initio hanc conteſtari: & in vim exceptionis actori objicere neceſſe habet: qvod multis demonſtrat Don. in d. l. ult. C. hic: vid. l. 9. l. 8. C. exc. l. peremtorias. C. ſent. reſc. non poſſ. Zang. d. c. 6. n. 36. Mud. in d. §. 30. n. 15. Exindeq; hoc modo, non ipſo jure: ſed ope exceptionis, liberatur.* e) *l. 2. C. hic l. cum militi. 16. §. 1. hic: non ſolum igitur ante ſententiam: l. 110. l. 21. l. 26. reg. jur. Exemplo reliqvorum, qvæ ſententiam non impugnant, exceptionum: Zang. d. c. ult. p. 3. n. 32. & ſeqq. Ideo qvod ſententiam non impugnet: ſed potius ad exſecutionem illius tendat: qvi enim compenſat, ſolvit: l. ſi debitor. 4. qvi pot. in pig. l. vel permutavit ſtat. lib. Mud. d. §. n. 16. Corr. d. §. n. 7.* f) *id qvod reqviritur hic. per d. l. ult. C. comp. Tum ꝙ de debito conſtare debeat: l. 4. C. hic: judici, nempe, qvi divinare neqvit. l. 31. ad L. Aqvil. l. 29. §. 2. mand. Dd. communiter in d. §. 30. tum etiam, qvod regulariter ea, qvæ jure ipſo fieri dicuntur, nihilominus petenda ſint. Jaſ. in l. de pupillo nov. oper. cir. pr. in 30. not. Veſenb. in par. n. 8. Corr. d. l. n. 11. Don. in d. l. 4. n. 10. & 11. Non obſtat: qvod ipſo jure fieri dicatur compenſatio: Dd. infr. th. ſeq. ſub lit. d. citati & Pac. 4. ἐναντ. 73. Niell. diſp. fevd. 4. th. 5. lit. e.*

XI. Effectus demum, compenſationis rite *a* ſic conſtitutæ, ſunt: ut compenſatio habeatur *b*, pro ſolutione *c*: idq; ipſo *d* jure: ex eo tempore, qvo primum *e* invicem deberi cœpit: ad concurrentes *f* usq; qvantitates.

a) *Nempe ſi perſona, ſi cavſſa, ſi debitum juſtum, juſto modo ſit oppoſitum: de qvib. ſup.* b) *fictione ſcilicet juris: naturalis enim ſolutio numeratione perficitur: qvæ hic non intervenit: l. ſolutum. 49. ubi Gothof. l. 4. §. 7. re jud. Zang. d. l. n. 43. Don. ad d. l. 4. C. hic n. 5. Tynd. d. l. 2.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/14
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

art. 10. c) d. l. 4. l. 5. hic. l. 4. l. 5. C. eod. Don. Zang. Zas. Minſ. Dd. com. dd. ll. Borch. d. tr. c. ult. n. 1. Medic. p. 2. q. 31. n. 15. Perinde ac ſi alter alteri ſolviſſet, Duar. de comp. c. 2. in pr. Cum nihil interſit, utrum numerem creditori pecuniam: an qvæ jam dum apud eum eſt, per fictionem brevis manus, eſſe patiar: l. ſingularia. 15. ſi cert. pet. ubi Gothof. ex Caj. in Afric. com. tr. 8. l. 56. l. 49. ſol. l. 9. §. 5. adq. rer. dom §. 41. J. rer. div. Zang. d. l. n. 43. Don. d. l. Hot. 12. illuſt. Vt igitur compenſationis objectæ, id qvod ſibi invicem debetur, retinet debitor: non qvod compenſatio ſit retentio: Boc. d. 3. diſp. 19. th. 66. lit. d. ſed qvod jure compenſationis fiat retentio: de qvarum diſcrepantia agit Hotom. 1. amic. 12. In tamtum: ut is, qvi ſe ſoluturum juravit: compenſationis objectione liberetur à perjurio: Minſ. d. l. n. 27. Tynd. de comp. art. 7. n. 33. Alc. reſp. 393. n. 3. Fach. 1. contr. 7. Diſſ. Zas. d. n. 27. Jaſ. Schneid. d. §. 30. n. 12. Car. de Graſſ. d. tr. c. 16. n. 19. qvod tamen limitat n. ſeqq. usq; ad 29. d) l. 5. l. 4. hic l. 4. l. fin. C. eod. d. §. in bonæf. 30. J. act. Don. d. c. 15. Zang. d. l. n. 44. & ſeq. Boc. d. d. 19. th. 83. Veſ. in par. hic. n 8. Dd. in d. §. 30. Idem enim in ſolutionibus receptum eſt, per qvam omnis tollitur obligatio: ut jure amplius nulla maneat: ſive illa naturalis: ſive civilis ſit: §. 1. J. qvib. mod. toll. obl. l. 5. C. pact. l. 95. §. 4. ſolut. Don. d. l. 4. C. hic. n. 6. & in §. actionum J. act. n. 25. & 31. Zang. d. tr. p. 7. c. 1. n. 96. Legis ipſius vi, poteſtate, & avctoritate: nullo hominis facto, qvod liberationem reſpiciat, interveniente: Borch. de fevd. c. 3. n. 27. & d. tr. c. 3. n. 3. Non ope exceptionis (qvod velle videtur Mud. in d. §. 30. n. 20. & ſeq.) cum invicem obponantur: l. 27. §. 2. pact. multumq; interſit. utrum ope exceptionis: an ipſo jure. qvis tutus ſit: Don. in d. §. actionum. J. act. n. 25. & 31. & in d. l. 4. C. hic. n. 10. & 11. Schneid. d. §. 30. n. 3. obſt. l. nihil. 112. l. 66. reg. jur. l. 7. §. 8. dol. Exceptio namq; eſt actionis excluſio. l. 2. exc. qvæ ubi eſt nulla: ſicuti hic ipſo jure nulla eſt: ibi qvoq; nulla exceptio erit. Borch. d. c. 3. n. 15. & ſeqq. Idq; non ſolum Juſt. Conſt. in d. l. ult. C. hic: ſed & ante illum in bonæf. judiciis: l. 4. l. 10. hic Schneid. d. §. 30. n. 5. Don. d. l. ult. C. hic. n. 3. e) l. ejus 7. C. ſolut. ubi Don. d. l. 4. l. 5. C. hic: inſtar ſolutionis: qvæ ſtatim liberat debitorem: l. 19. C. uſur. l. 9. C. ſolut. Zang. d. c. 6. n. 5. f) l. cum alter. 11. l. 19. hic: d. l. 4. & l. 5. C. eod. l. 1. qvæ ſent. ſin. app. d. l. 7. C. ſolut. idem enim in ſolutionibus receptum: l. 9. §. 1. ſolut. Duar. d. c. 2. Don. in d. l. 4. n. 12. & ſeqq. Borch. d. tr. c. 2. n. 13. Id vero qvod amplius

debetur

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/15
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*debetur: ſi creditor accipere recuſet: obſignatum deponi poteſt. l. 12. C. hic. ibi Gothof. l. 1. in fin. l. 12. C. pignorat. l 3. C. luit. pign. Zang. d. l. n fin. vel, ſi non ſolvatur: actione extorqveri Corras. d. § 30 n. 6.*

XII. Exindeq; poſtea *a*, acceſſionum rei *b* non habeatur ratio: ſolutum *c* per errorem *d* repetatur: procurator abſentis domini, ex hujus perſona compenſatione utens, ſatisdatione *e* exoneretur.

a) *Sublato enim principali: tollitur acceſſorium. l. 43 l. 95. §. 4. ſolut. Zang. d. c. 6. n. 46. Cujac. 15. obſ. 23 Gothof. in l. 3. C. luit. pig. Cum hæc, niſi ex alterius certæ rei, qvæ ex ſua per ſe natura ſpectari poteſt, origine, cui adcreſcant, vel ſuſtentaculo cui incumbant, definiri neqveant: Cl. Dn. Pr. d. p. 2. diſp. Juſt. 1. th. 25. per c. acceſſorium 42. reg. jur. in 6. ubi Dyn. l. 29. eod. l. 19. in fin. dol. l. 2. pecul. leg. obſt. l. 2. C. luit. pign. l. 30. §. 1. ad L. Aqvil. l. 27. pign: l. 95. §. 15. ſolut.* b) *Veluti: uſurarum: l. eos. 26. in pr. C. uſur. d. l. 7. C. ſolut. qvarum petitio jure ſubſiſtit: d. l. 4. C. hic. vid. l. 88. reg. jur. & ibi Dec. ſive propter moram præſtandæ ſint. l. 40. reb. cred. l. 27. V. O. l. 54. pact. c. non eſt. 60. reg. jur. in 6. l. 5. C. hic l. 1. qvæ ſent. ſin. adp. l. 1. 2. 3. 4. l. 30. l. 23 uſur. ſive ex pacto debeantur: l. 11. hic: etiam in cavſſis fiſcalibus: l. 12. hic. vel ſi pecunia invicem ſit uſuraria: vel ab una tantum parte: d. l. 11. & l. 12. hic Don. in d. l. 4. & d. lib. 16. c. 15. Duar. d. c. 2. Zang. c. 6. n. 46. Unde & Emphytevtæ prodeſt: qvi ob non ſolutum canonem expelli poterat: Gothof. in l. 4. hic: Schneid. d. §. 30. n. 11. & 12. ad promiſſionum: l. in omnib. 43. ſolut. i. e. fidejuſſorum: l. 64. §. 4. ſol. matr. l. 4. hic. hypothecarum & pignorum: d. l. in omnib. 43. l. 12. C. hic d. l. 3. C. luit. pig. l. Urianus. 71. fidej. l. 3. §. ult. duob. reis: Duar. d. c. 2. Zang. p. 3. c. 1. n. 1.* c) *l. 10. § 1. hic. l. 13. l. 10. C. eod. l. 5. §. pen. impenſ. Borch. d. tr. c. ult. n. 3. Corr. d. l. n. 10.* d) *vel ſi dubitet: l. 2. in pr. cond. ind. l. 14. ſolut: ſciens enim indebitum: avt in jure errans: ſi ſolvat: non repetit: l. 1. ult. l. 50. cond. ind. l. 9. l. 7. C. eod. l. 10. l. 9. §. 5. jur. & fact. ign. l. 9. C. ad L. Falc. l. 53. reg. jur.* e) *l. ſi poſtqvam. 22. hic. Zang. d. c. 6. n. 17. Sebaſt. Med. d. tr. p. 2, q. 13. Duar. d. c. 1. in fin.*

# FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358416736/16 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG